

deuotus pius imperator Renobium nobilium puellarum
in Herfordia sibi per Halldgerum comitem Herfordensem commu-
datum munimissit et in defensionem suscepit.
In ystalia terremotus factus est tantus quod multe ville et
domus celesti igne concremarentur, homines etiam et ani-
malia istius fulminis sunt perempta, fuges autem gran-
dine sunt vastate, et plures turres et castra sunt sub-
uersa.

Theobaldus comes Bononiensis castrum in alpihus situatum 821. Bonomotz & Bonomontz
mirabilem filio suo Loringo celebravit nuptias, cuius
historie series talis fuisse narratur etc. etc.

Ulm. singl. ninf. Eder. p. 1200. De Sigismundo etc. ant.
di. Guntspist folymontum gran limitat.
De Sigismundo rege Romanorum.

Sigismundus rex Hungarie filius Karoli IV. imperatoris 1414.
in die sancti Martini coronatus in regem Romano-
rum ab archiepiscopo Coloniensi, prius electus in
Frankenord ab electoribus imperii et regnavit annis

..... Provisor Erphordensis. bastardus de Nasfow
dyocesis Moguntinensis patribus predicatoribus mag-
nas intulit iniurias perperam et iniuste occasio-
nem cuiusdam ymaginis salvatoris ad quam vulgus
gratiam receperat. Quam ut a loco et facie homi-
num amoverent precepit dictis patribus ut sic frequen-
tia et visitatio populi cessaret ab eisdem. Quod cum
patres facere recusarent in ipsos iuris ordine minime
conservato excommunicationis sententiam pronun-
ciavit, eorum exceptiones et libellatos parvipendens,
et ut conventum suum Erphordensem desererent coegit
per interdictum positionem et alias tyrannicas et
iniurias executiones, quibus populum a visita-
tione fratrum cohercuit. Provincialis autem Saxonie
sub cuius regimine conventus ille et alii quibus
dictus provisor iniuriabatur extiterunt, nomine
Theoberti magister Dyco videns antedicti provisori
tyrannidem contra fratres suos seivire manum appo-
suit et citatum illius ad curiam mediate venera-
bili fratri Thoma magistro generali ordinis predi-
catorum practicavit. Quod cum sequedicto provisorio inno-
tesceret ipse cautulose cum prior conventus
Erphordensis compositionem inivit et fratres ea
qua excommunicationis protensa auctoritate absolvens
et conventum revocavit et sic furor rabidus pro-
visoris illius cessavit.

7. Die Octob. quoniam Phil. ant. begriffen. Dinstag. d. 14. Jun. 1414.

..... archiepiscopus Magdeburgensis, Henricus
episcopus Halberstadensis, Burhardus dux Brunswi-
censis qui iam cum fratre suo Henrico duxatus di-
viserat Brunsvicensem et Luneburgensem, et sibi Brun-
wik restitit, alteri vero Luneborg in sortem ac civitates
Magdeburgensem, Brunsvicensem, Halberstadensem,
Goslarensem, Osterwicensem et Helmstedensem
plebesque, nobiles, milites et milites, episcopatum
et ducatum prenominationum, obsederunt castrum
fortissimum Karlesborg in Harlowe fundatum
et magnis petariis et aliis instrumentis belli.
Ceteris instrumentis ipsum quasi destruentes expug-
naverunt in tantum ubi inhabitantes sui pura
Brandanus de Swidulden et Conradus frater eius
cum omnibus suis gratis dominorum de magdan-
tes castrum eis resignarent et salvo rebus suis
abcederent.

Juntherus archiepiscopus Magdeburgensis et Frederi-
cus borgravins Norenburgensis castrum Plawe etc. etc.